



1716, 18.

3124

FACULTATIS JURIDICÆ, 24.

DECANUS

ERNESTUS

TENZELL,

J. U. D.

JUDICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS
ASSESSOR, CIVITATIS CONSUL.
AC SYNDICUS PRIMARIUS,

L. B. S.



ERFORDIÆ,

TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,

ACAD. TYPOGR.

quaedam de dolo.

ED
S.
IE

FACULTATIS IURIDICAE

DECANUS

ERNSTUS

TENZEL

J. U. D.

JUDICII PROVINCIALIS ERURTENSIS
ASSESSOR CIVITATIS CONSUL
AC SYNDICUS PRISARIUS

L. B. N.

ERRORE

Tyris JOH. HENRICI GROSENI

Acad. Typogr.

Wittenbergae





Um jus fit regula boni & æqui, *l. 1. ff. de J. & J.* Indè non potest non eidem nil magis adversari, quàm dolus & malevola deceptio *l. 3. §. f. ff. pro soc.* Sicuti enim officia quæ ex communi illa cognatione, quam natura inter omnes homines constituit, invicem debentur, maximâ ferè ex parte ad commercia sese dirigunt, atque si quæ inter homines ineuntur pacta, illa sancta observanda esse, sociabilis hominis natura requirit, cum citra hoc si esset, plurima pars utilitatis periret, quæ humano generi ex communicatis invicem officiis enascitur. *vid. Pufend. de Jur. Nat. & Gent. Lib. 3. cap. 4. §. 2.* Ita tamen in tantum bona fides omnium conventionum substantiale est, ut doli præstatio nec per conventionem contrariam excludi possit, *arg. l. 27. §. 3. l. 35. ff. de pact. l. 23. ff. de R. J. l. 1. §. 7. de pos.* Neque tamen dolus qui vocari solet bonus, hic intelligitur, qui nomine solertiæ venire solet, *l. 1. §. 3. ff. de dol. in junct. l. 8. C. de resc. vend. & in tantum prohibitus, non est, ut potius secund. Ulpianum in l. 16. §. 4. ff. de minor.*

) 2

in

ED
S.
IE

in pretio emtionis & venditionis, naturaliter liceat Contrahentibus se circumvenire. Cum quo & sentit Ictus Paulus in l. 22. §. 3. ff. Locat. cond. qui, quemadmodum, inquit, in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, & ita invicem se circumscribere; ita in locationibus quoque & conductionibus, juris est. junct. l. 8. C. de resc. vend. Quamquam nec hic nimis illa solertia extendenda veniat, necque semper quod & ita licet, honestum sit, l. 144. pr. ff. de R. J. Quemadmodum enim fieri facile potest, ut sub velamine parsimoniae avaritia, & sub specie liberalitatis, prodigalitas tegatur; ita & in commerciis sub specie rei, & solertiae negotiatoriae facile doli mali & fraudes latere possunt, ita, ut dolus bonus in dolum malum degenerare possit, vid. Stryk. Tr. de Jure liciti non honesti, cap. 2. num. 87. seqq. Neque praeterea etiam dolus qui dicitur malus unius ejusdemque generis est, neque etiam eosdem semper effectus producit. Licet enim formale doli mali sit proaerescis, s. propositum nocendi, sine quo nemo in dolo versatur, & sic dolus distinguatur à culpâ, quæ magis ex ignaviâ, quam nocendi proposito proficitur. Illa tamen machinatio alium scienter & maligno animo lædendi, aliquando in genere accipitur ut etiam vim apertam comprehendat, l. 7. 10. ff. ad L. Corn. de sicar. l. 14. §. 1. ff. quod met. ca. Et ita accipi dolum in delictis, Huber. ad Tit. ff. de dolo m. §. 1. notat. Aliquando verò specialiter, ut sit fraudulenta machinatio, quâ aliud agitur, aliud simulatur, alterius decipiendi causâ, l. 1. §. 2. ff. de dolo m. l. 7. §. 9. ff. de pact. Non enim sicuti dolus dans causam contractui b. f., eundem ipso jure reddit nullum, l. 7.

l. 7. pr. de dolo m. l. 16. §. 1. ff. de minor. vid. Struv. Exercit. ad Pand. 8. th. 27. ita similiter se res habet circa contractus metu initos; cum hi potius, siue bonæ, s. m. fidei sint, mediante restitutione rescindendi veniant, l. f. §. 1. ff. quod met. c. l. 7. f. C. eod. Struv. d. l. th. XI. non obstante, quod metus sine dolo inferri non possit, & ideo etiam de dolo teneatur, qui metum intulit, d. l. 14. §. 13. ff. quod m. c. Nec etiam illa differentia effectu destituitur. Ubi enim contractus ipso jure nullus est, dolo decepto, remedium, s. querela nullitatis competit, quæ 30. annis durat, cum e contra restitutionis in integrum remedium, quod ex cupite metus datur, quatenus ad poenam competit, anno finiatur, l. 14. §. 1. ff. quod met. ca. quem annum per l. f. C. de tempor. in int. Rest. non esse mutatum in quadriennium, Struv. Ex. 8. th. 22. cum aliis non malè statuit. Licet autem videatur delictum majus committere, qui vi metuve aliquem quandoque etiam cum periculo vitæ compellit, quam qui fraudulentis machinationibus, & simulationibus utitur, alterius decipiendi gratiâ, ut adeo minus rectè severior lex esse videatur circâ hunc, quam ratione alterius; Tamen causæ graduum malitiæ, ab ipsâ vitii naturâ petendæ sunt. Sic itaque vitium illud deterius est, quod magis latet; nam quò morbus magis latet, eò minus corrigi potest. Et cujus vitii effectus s. facta & operationes ex eo descendentes magis latent, illud est deterius quia magis est præreticum, vid. Joh. à Felde Elem. Jur. univ. Part. 2. art. 1. num. 11. seqq. Tela enim prævisâ minus nocere dicuntur. Et circâ merum consensus aliquis, licet coactus, accedit, qui in dolo deceptis planè deficit. An

simb

X 3

verò

ED
S.
IE

verò satis bonæ fidei conveniat, quod statutum est in
l. 6. pr. & §. 2. ff. Quæ in fraudem cred. quando v.g. debi-
 tores abstinent hæreditate, ne creditores solutionem ac-
 cipiant, quod edicto Prætoris non teneantur, dubio non
 caret, vid. *Schilter. Exerc. ad ff. 46. th. 12.* Rectius sese
 habet, quod *Ulpianus, l. 44. ff. mandat: Dolus est, inquit,*
si quis nolit persequi, quod persequi potest, aut si quis non ex-
egerit, quod exigere, solvere &c. add. l. 36. ff. de pecul. Sed
 pluribus hæc de materia differet Nobiliss. & Clarissimus
 Dominus

JOHANNES PHILIPPUS TALHEMIUS,

In Lectione sua Cursoria; ubi explicandam sibi ele-
 git *L. Hoc edicto 1. pr. cum 3. §§. seqq. ff. de dolo malo.* De
 ejus vitæ curriculo pauca nunc more consueto, refe-
 renda fuerunt. Diem aspexit primum Candidatus No-
 ster Gothæ Saxonum, *d. 13 Aprilis, Anno 1692.* Geni-
 torem veneratur *Johannem Christophorum Talhemium,*
Molschlebiensem, Artium Fabriliū Ferrar. Magistrum.
 Matrem habuit *Elisabetham Anastasianam,* Negotiatoris
 Gothani, *Heidenreichii,* Filiam, B. m. Horum decre-
 to studiis liberalibus dicatus; prima fundamenta intrâ
 Lares familiares jecit, donec puerili ætate aliquatenus
 transactâ, Ducale, quod in Patriâ floret, Gymnasium,
 intraverit. Ibidem per duo lustra publicè ac privatim
 studiis humanioribus vacavit, nutritus virtutum insti-
 tutionibus, calcar fidelissimis Præceptoribus & sermone
 addentibus, & exemplo; Inter quos primam Grati-
 tudinis

dinis mentem dicat, raræ Pietatis & Eruditionis Theo-
 logo, maximè Rever. Dn. Superint. Generali *Nitschio*,
 in classe selectâ mentes auditorum studiis sacris forman-
 ti; Et post hunc Viro ingenio, doctrina ac virtute præ-
 cellenti, Dno *M. Wolferodt* / Illustris Gymnasii Re-
 ctori meritissimo, nec non reliquis ejus Collegis cla-
 rissimis, Dnis *M. Reichardo*, *B. Laurentio*, *B. Kestero*,
Hildebrando Cœnobii Inspectori, *M. Gottero* & *B. Gün-
 thero*, &c. Pertextis his Studiis Gymnasticis, ad al-
 tiora tendens, Anno MDCC X. Mense Aprili *Jenam*
 se contulit, ibique per Rectorem tunc temporis Uni-
 versitatis Magnificum, Magni Nominis Jctum, Dn.
D. Wildvogel / Consiliarium Senac. intimum, nomen
 ipsius, albo Studiosorum adscriptum est. Nec verò
 otiosus in Castris Musarum fuit. Statim quippe Con-
 sultissimi Dn. *Doct. Frisii*, Professoris Juris Celeberrimi
 &c. Lectionibus, primo Philosophicis, postea & Ju-
 ridicis, tam publicis, quàm privatis, theoreticis æquè,
 ac practicis, interesse cœpit. Laudat tamen præterea
 & Collegia Philosophica Dn. *M. Lehmanni*, nunc Philo-
 sophiæ Adjuncti, quorum auditor sedulus fuit. Tem-
 poribus autem triennii hisce studiis Academicis desti-
 natis, transactis, in Patriam rediit, non tamen animo
 studia Juris derelinquendi. Quinimò nova alacritate
 Dirigente Nobilissimo & Prudentissimo Dn. *WALLICH*,
 Consule p. t. Gothano regente & Advocato Aulico Or-
 din. eadem ulterius pertractare, aggressus est, atque
 ita non tantùm Theoretica repetiit, sed & ad Praxin
 magis magisque se præparavit, & hoc fine, tam in Su-
 perioribus, quàm inferioribus Patriæ Judiciis, quantum
 licuit,

 ED
 MS
 LE

licuit, innotescere allaboravit. Nunc tandem Coronam laborum expetens, Nos adiit; atque à Facultate nostra, ut ad Examen Inaugurale, quod vocant rigorosum, admitteretur, & decenter petiit, & impetravit; Cum itaque textus ex utroque Jure transmissos eruditè elaboraverit, & ad quæstiones propositas ita responderit, ut Decreto Facultatis Nostræ ad ulteriora specimina admittendus sit; Proinde proximo die 29. Augusti, horis locoque consuetis, Lectionem Cursoriam, ad *d. l. Hoc Edicto, pr. §. 1. cum 2. seqq. ff. de dolo m. B. cum D.* & illâ finitâ, Disputationem Inauguralem de Juramento in Littem habeat. Ad quos Actus solennes, omnes ac singuli Universitatis nostræ Proceres ac Cives decenter invitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Juridicæ d. 23. Aug. Anno 1716.



ULB Halle
001 972 26X 3



s. b.







16, 18. 312h

IS JURIDICÆ, 24.

ANUS

ESTUS

ZELL,

J. D.

CIALIS ERFURTENSIS
TATIS CONSUL.
S PRIMARIUS,

B. S.

RDIAE,
RICI GROSCHII,
YPOGR.
e Jolo.

ED
S.
IE

